



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

18. Qui negent Centauros esse?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

Solin. e. 43.  
 Ifid. Origin.  
 lib. 11. Mela  
 lib. 3. cap. 6.  
 Plin. l. 7. c. 3.  
 Plutarch. in  
 gryllo.

qua nascitur mulus, qui neq; equus est, neque asinus? Non-  
 nè è cane & vulpe vulpicanes, ex lupo & cane Lycisci oriun-  
 tur? Nonnè Cynamolgi in Aethiopia & India canina capi-  
 ta, hominum cetera habent, teste Solino & Isidoro? Nonnè  
 Mela refert, Septemtrionalium quarundam insularum acco-  
 las esse equinis pedibus Hippopodas dictos? Ad eundem modum  
 historici recensent apud quosdam Indos nefanda coniugia,  
 mixtosq; & semiferos esse partus? Ex eiusmodi nuptijs Minotauri  
 nobis & Aegyptianis, etiã meo iudicio Sphinges suppullulant, & Cen-  
 tauri, ait Plutarchus. Nec necesse est, Obsequentem testem ci-  
 tare, qui memorat, Tiberio Graccho, M. Iuuentio Coll. por-  
 cum humanis pedibus & manibus natum: nostra hæc sæcula,  
 prò dolor, eiusmodi monstra infamârunt, non à bestijs den-  
 taxat, sed à Stygijs etiam laruis generata, & dæmonum sub-  
 inde toruissimo vultu defædata: vt planè proteruum esse  
 necesse sit, qui post tam multas clarasq; experientias, rem hanc  
 velit inficiari. Necesse est enim eum etiam multas hominibus à  
 Deo miraculosè inflictas pœnas, de quibus infra, & monstra  
 tot oculis testibus affirmata inficiari.

## XVIII.

Oppugnant hanc sententiam primùm ipsi Poetæ, tum  
 oratores; quin & historici, & Philosophi, & Medici, & Iurif.  
 consulti: quin & SS. Patres. Addunt rationem Philosophi  
 Lucretij enim hæc sunt:

Lucret. lib. 4.

*Nam certè ex viuo Centauri non fit imago.*

*Nulla fuit quoniam talis natura animai.*

Idem lib. 5.

*Et alibi. Sed neq; Centauri fuerunt, nec tempore in vlllo*

*Esse queat duplici natura, & corpore bino*

*Ex alienigenis membris compacta potestas.*

Argumentis deinde mox afferendis sententiã suã munita, ita  
 colligit.

*Ne fortè ex homine, & veterino semine equorum*

*Confieri credas Centavros posse, nec esse.*

Cic. l. 1. Tusc.

Subscribit Tullius his verbis: *Is planè perspiciet, inter Hippo-  
 centaurum, qui numquam fuerit, & regem Agamemnonem nihil  
 interesse. Et alio loco: Etenim videmus ceteras opiniones falsas at-  
 que vanas diuturnitate excoluisse; quis enim Hippocentauri fuisse*

Idem lib. 2.  
 de nat. Deor.

se, aut

se, aut Chimera putat? Sic orator de his monstris loquitur. Polyhistor autem in hunc modum: *Ac ne in montes natos eamus, Pindum, & Oibryn agitent, qui Lapitharū originem prosequuntur, Ossam, quos Centaurorū fabulis immorari iuuat.* Sed Philosophi præcipuè hinc se opponunt. Nam præter Lucretium, qui Philosophis meritò debet ascribi, Seneca sic pronunciat: *Et hæc qua sunt, rerum natura complectitur, qua animo succurrunt, tanquam centauri, gigantes, & quidquid falsæ cogitatione formatum habere aliquam imaginem cœpit, quamvis non habeat substantiam.* Maximus autem Tyrius Plonicus ait: *Hæc sunt Centaurorū fœtiones. Hoc Gorgones, Geriones, Cecropes sibi volunt.* Ad Philosophos accedunt medici, Claudius Galenus inter *adūvata* seu illa, quæ esse non possunt, ponit, ex hominibus & equis Magnesijs Hippocentavros nasci. Quòd si quis etiam vult testimonium habere Iurisconsultorum, Iustinianum Imperatorē audiatur: cuius hæc sunt: *At si quis rem, qua in rerum natura nō est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit: veluti Stichum, qui mortuus sit, quem viuere credebat, aut Hippocentaurum, qui esse non possit, inutilis erit stipulatio.* Idem I. C. Celsus, Accursius & alij docuerunt. Ne Theologi desint, & SS. PP. *His temporibus,* inquit S. Augustinus, *fabula fœtæ sunt de Triptolemo & c. de Minotauro & c. de Centauris, quòd equorum hominumq; fuerit natura coniuncta.*

His authoribus authores à nobis suprà citatos; & oculatos testes oppono. Vnicus è Poetis (quī tamen potiùs Philosophus est) Lucretius negat, alij omnes vnanimi voce aiunt. Quòd si in similibus exigua est fides Poëtarum; historicos habemus. Habemus & Medicos, & Iurisconsultos, qui eiusmodi bifformes fœtus in nefandæ libidinis puniendæ argumentum traxerunt. Habemus & Theologos, qui disputant, an, & quando talis partus pro gemino animali, aut homine solo, vel bestia sola, habendus, alendus, vel baptizandus sit? Senecam non moramur, qui eodem loco cum ponat *Centavros, Gigantes, & quidquid aliud falsæ cogitatione formatum habere aliquam imaginem cœpit,* ansam nobis præbet, qua contra illum met vtamur. Si enim eadem est ratio Centaurorum, quæ Gi-

gantum,

Selin. c. 13.

Senec lib 8. epist. 59.

Maxim. Tyr. serm. 34. Galenus 1. 3. de vsu part.

Institut de inuitib. stipulationib. §. 1.

1. Si ita stipulatus 97 in prin. D. de verbor. oblig.

XIX.

Henric. Gandau quodl. 6. q. 14. Couarruias 1. 4. c. 2.